Vadium praestationem lueret

spondere # Inscriptioni huic satisfacere ac omne vadi
catum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successo:
res ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus
illum Terminum primum peremptorium, Ut et alios
omnes exinde consequentes causae eundem Terminos sem:
per peremptorios Vera infirmitate pro maiori mino:
rennitate successorum legatione nova Vel extra Regnum
servitio militari ad munimenta ad Creditorem Vel alijs
quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non
differendo ad quietationem praeterea Ultra proximos
officij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis
Terminos dilationes sibi non recipiendo nullasque mo:
tiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo
ac praemissa omnia poenis simplicitatibus Vel triplicatis
Euasionibus suspensionibus, fatalibus Juris praescriptio:
ne Terrestri bello Conuentioneque ac alijs omnibus Ju:
ris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo
alio quouis euadendo Hac sua praesenti personali
recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Jaworski Dwernickiemu Cessit.

948 Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus
Petrus Jaworski Petraszowicz sanus mente et corpore existens
a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusuis
propriis et competentibus recedendo praesenti Vero Ca:
strensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad
actum hunc attinet seseum successoribus ac Bonis
suis.

suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorpo:
rando atque subijciendo palam, libere, publice, ac perexpressum
recognouit. Quia ipse de omni et integro Jure suo infra:
scripto nimirum de summa Mille Quingentorum Floreno:
rum Polonicalium ex summa Originali Trium Millium
Florenorum Polonicalium primum per Nobilem Marinam
Vruska primarum olim Nobilis Basilij Jaworski Nichytowicz
secundarum vero nuptiarum Nobilis Stanislai Krukelnicki
Consortem legitimam Nobilibus Andreae Siwczek et Geor:
gio Diebik Jaworskim Coram Actis officij praesentis inscri:
pta, et super bonis eius proprijs et haereditarijs videlicet co:
tis sortibus Woszczyzna dictis in bonis Villae Kornelowice
Terra et Districtu praesenti Praemysliensi iacentibus et con:
sistentibus modo obligatorio ad soluendum assecurata
per eosdem vero Nobiles Jaworskie sibi Recognoscenti
et Generoso Fedoro Dwernicki per medium Actis
ijsdem officij praesentis Cesso et Condescensa se se deriuante
nec non de ijsdem ipsis Inscriptionibus Originali Obligato:
ria et subsequenti Cessionaria Castrensi Praemysliensi in fauo
rem de praemissis Cationibus atque bonis memoratis in
eadem Inscriptione Originali Obligatoria contentis cum
omni praemissorum Jure Dominio proprietate, competen:
tiaque et praerogatiua qualibet omnibusque et singulis Inscri:
ptionis praedictae originalis Obligatoriae et subsequentis Cessionariae
sumque praesentis Cessi Conditionibus punctis clausulis, articu:
lis Vadio ligamentis ac nexibus generaliter Vniuersi:
summa quoque supra scripta sortem et interesse sui
Recognoscentis spectantis et concernentis ac bonorum
summa eadem oneratorum Vtilitatibus, fructibus pro:
uentibus reditibus Commodis Emolumentis obuentionibusque

2707

attinentiisq; et pertinentiis generaliter Universis nihil
ex præmissis Iuris Dominij proprietatis ac cuiusvis Com:
petentiæ et prærogativæ pro se Recognoscente, Suisq;
Successoribus aut quopiam alio reservando Seu excipi:
endo Verum prout præmissa omnia et singula præsen:
tibus resignata ipsemet Recognoscens tenuit habuit
et possidebat, ipsumq; Gubernabant ac eidem legitime
Serviebant. Iam exnunc et defacto Suprascripto Gene
roso Theodoro Dwernicki eiusq; posteris (accepta
ab ipso quantum pro Sorte et interesse Sui plena:
ria et sufficienti Satisfactione) cessit et Condescendit
prout cedit et condescendit præsentibus, omneq; et inte:
grum Ius Suum Sibi ad præmissa serviens in personam
eiusdem Generosi Theodori Dwernicki Cessionarij
Sui eiusq; Successorum totaliter et plenarie transtulit
transfudit, et incorporavit, prout transfert, transfundit,
et incorporat præsentibus. In quod quidem Ius præsens
Cessum Summam ac bona Summa eadem onerata.
præmissaq; omnia præsentibus per se Recognoscen:
tem transfusa idem Recognoscens Generosus
Petrus Iaworski Potrasowicz præfato Generoso
Theodoro Dwernicki Cessionario Suo eiusq; posteris
iam exnunc et defacto Coram officio præsenti dat
et admittit realem Intromissionem et actualem pa:
cificamq; possessionem per Ministerialem quemcunq;
Competentem et Nobiles duos die quacunq; Voluerit
officiose accipiendam. Per ipsum Cessionarium Suum
et ipsius posteros hoc idem Ius præsens Cessum Sum:
mam ac bona Summa eadem onerata præmissaq;
omnia.

omnia per præsentes transfusa cum Universis eorum Utilita:
tibus et Ususfructibus, Competentiaq́ et prærogativa quavis
tenendi habendi et possidendi, illisq́ quiete et pacifice
Utifruendi ac ad suos suorumq́ successorum quosvis bene:
placites Usus fructus libere et effectualiter convertendi
præfati Juris originalis ea omnia latius in se comple:
dentis præsentisq́ Cessi et transfusi Vigore. Debetq́ et te:
nebitur memoratus Recognoscens Generosus Petrus Jaworski
Petraszowicz prout se ac suos successores in et super bonis
suis generaliter omnibus ac summis quibusvis pecunia:
riis habitis et habendis præfato Generoso Theodoro Dwer:
nicki Cessionario suo inscribit et obligat præsentibus ipsum et
eius successores in dicto Jure Cesso summa ac bonis summa
eadem oneratis, præmissisq́ omnibus præsentibus transfusis
et ratione eorundem omnium præsentibus abscessorum ab
omni et quavis impetitione iuridica quarumcunq́ perso:
narum cuiuscunq́ Conditionis status et sexus cuiusvis
existentium ex re persona et occasione sui Recogno:
scentis ac suorum successorum Jurisq́ præsenti Cessi, tantum
modo et non Ultra exorienda in omni Judicio et officio
Regni semper toties quoties opus fuerit, tueri defendere
evincere intercedere, et eliberare, indemnemq́ non posteri
reddere hoc idem Jus præsens Cessum summam ac bona
summa eadem onerata præmissaq́ omnia præsentibus trans:
fusa, ab omnibus in genere Juribus et Inscriptionibus pri:
oribus et posterioribus super eadem præmissa omnia
præsentibus Condescensa cuiusvis personarum modo quo
cunq́ ibidem ex re persona et occasione sui Recogno:
scentis suorumq́ successorum. tantum modo et non Ultra

2010

factis et faciendis, tum etiam a quibusvis Citationibus super eadem praemissa omnia per praesentes Cessa importatis et importandis Juris denique et Juridicis processibusque Juris quibusvis in quovis puncto et gradu Juris dependentibus et in quovis Judicio et officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentibus transfusis itidem ex re persona et occasione sui Recognoscentis suorum successorum, tanquam modo et non ultra perductis et perducendis, emundare, et eliberare, mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam Coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum Summa eadem praesentibus abcessa oneratorum dum per Ministerialem Competentem et Nobiles duos officiose requirebitur, non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem possessionem et usum fructum praemissorum omnium praesentibus transfusorum quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere, quinimo Cessionarium suum et ipsius successores in praemissorum omnium praesentibus condescensis, nullo modo inquietantibus ita ut idem Cessionarius suus cum posteris suis, hoc idem Jus praesens Cessum Summam ac bona Summa eadem onerata, praemissaque omnia praesentibus Cessa cum universis eorum utilitatibus, et usufructibus Competentiaque et praerogativa quavis, quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Cessionariae vigore tenere, habere et possidere queat, illisque uti frui possit. Idque sub Vadio Summae Mille Quingentorum Florenorum Polon: per eundem

+

per eundem. Recognoscentem sive eius posteros praenominato Cessionario suo et illius posteris, ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Petrus Jaworski Petraszowicz sive eius successores ad instantiam suprascripti Generosi Theodori Drownicki Cessionarij sui vel eius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio, stare sui parere, respondere, vadium praefatum luere, inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores, ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum terminum primum peremptorium, uti et alios omnes exinde consequentes, causa eiusdem terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Curitorem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ulla proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis terminos dilationem sibi non recipiendo, nec clausi motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione terrestri bello conventione, ac alijs omnibus iuris remedijs et defensis

2812

non subterfugiendo, nec modo aliquovis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Baczynski Baczynskiemu Cedit. 949

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Lesko Baczynski sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi iurisdictioni quo ad actum hunc attinet seque successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subyciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro Jure suo infrascripto nimirum de summa Decem Florenorum Polonicalium sibi Recognoscenti per Nobilem Fedor Baczynski Lekaczowicz Ihnatow syn Actis officy praesentis inscripta et super bonis eius propriis et haereditariis videlicet Zagon Pola na częsci Leszkowięt inter metas Nobilium Stryc Demkow ab una et Tutiaczek Baczynskie ab altera partibus wzdłoz od przełogą do Łosinca in bonis Villae Baczyna Terra et Districtu praesenti Praemysliensi iacentia et consistentia modo obligatorio de anno ad annum ad solvendum assecurata nec non de eadem ipsa Inscriptione Castrensi Praemysliensi obligatoria suo in tenore de praemissis latius existente, cum omni praemissorum Jure Dominio proprietate Competentiisque et praerogativa quavis omnibusque ac singulis